comparverint Sindici dictæ Civitatis et facta prius protesta-
-tione declinationis jurisdictionis dicti Ill. Magistratus tamquam
Judicis incompetentis, et nullam jurisdictionem habentis et dedu-
-tis et allegatis alijs juribus dictæ civitatis alias deductis, et
allegatis, allegaverint obstare delegationem factam per Reg. Cath.
Maiest. in Senatum Excell. super cognitione, an dictum flumen spec-
-taret Fisco, an vero Civitati, facta sub die 25. Martij 1596, et quod
dicta causa fuerit per Suam Cat. Maiest. avocata per suas
litteras 15. Februarij 1596. mandantes ut Senatus Excell. rescriberet,
quid sentiret super expositis in Supplici libello nomine dictæ Civita-
-tis porrecto, unà cum ejus voto, ut maturius et commodius quod
æquum et conveniens esset decernere posset, propterea petierint
abstineri ab ulteriore processu et supersederi donec fuisset aliud
decisum per Suam Cat. Maiest. ipsis omnibus se se opponente
Reg. Fisco, petendo per pref. Ill. Magistratum procedi ad ulte-
-riora debere, etiam ex delegatione S. C. M. die 5. Maij 1563. in
qua fuit delegatus pref. Ill. Magistratus ad perfectionem om-
-nium processuum aquarum inceptorum coram rescriptoribus ejusdem Cat.
Maiest. inter quos etiam aderat processus ceptus contra dictos uten-
-tes aquis fluminis Olonæ, et hoc non obstantibus litteris Suæ Cath.
Maiest. ad preces dictæ Civitatis ut s. datis cum in ejus precibus nulla
facta fuerit mentio dictæ delegationis, et ut latius dictis compari-
-tione, et exceptionibus quib. etc.

Cumq. per dictos utentes seu eorum Sindicos causa et occasione cuius
termini dierum quindecim per pref. Ill. Magistratum sub die

6. Aprilis 1599. eis statuti ad producendum coram eo omnia
eorum iura etc. eo quia eorum buccae super dicto flumine existentes
obturari non deberent, et sub die 19. Maij 1599 facta fuerit alia
comparitio, et per ipsam exceptiones allegando, deducendo, producendo
etc. excipiendo etiam alias in alijs eorum debite referendo compari-
-tionibus et exceptionibus fuit allegatum deductum, productum et
exceptum, et prout ex eis, quibus etc.

Cumq; etiam occasione dicti edicti, et termini Senatus Excell. sub die
-15. Septembris 1599. alias dederit litteras tum Excell. Guberna-
-tori ei significando molestiam per ipsum Magistratum dictis u-
-tentibus contra ordines S. C. M. et S. E. illatam, tum praef. Ill.
Magistratui, ne pendente cognitione dictae causae coram sua Cat.
Maiest. procederent, prout ex eis quib. etc.

Cumq; etiam ex ordine praef. Ill. Magistratus sub die 17. Septem-
-bris 1599. fuerit praef. utentibus statutus alius terminus dierum
octo ad proponendum, et probatum habendum per omne genus
probationum, quicquid vellent, et intenderent in causa non so-
-lum suprascriptae notificationis, verum etiam in causa cridarum, et
proclamationum in materia aquarum Fluminis Olonae a dicta die
-retro factarum, aliter, quod obturatae fuissent eorum buccae super dicto
flumine existentes, et declaratum fuisset in ipsis aquis ipsos utentes
nullum ius habere per ipsosq; utentes iterum dicto termino appositus
fuerit declinando iurisdictionem dicti Ill. Magistratus, et dicendo eo

non habere aliam causam, quam causa dictę notificationis, nec constare de aliquibus proclamationibus propterea petierint causam dictę notificationis remitti debere pręf. Excell. Senatu, ita disponentibus tum No. Constit. tum etiam decretis S. E. cum dicti utentes non intenderent cumulare causam dictę notificationis cum causa dictarum cridarum, et proclamationum quarum copiam cum copia iurium pręf. Regij Fisci petierant cum debito termino sibi statuendo ad eorum incumbentia faciendum, et producendo in genere eorum iura, prout ex dicta comparitione facta sub die 22. Septem-bris 1599. cui etc.

Cumq; ad istantiam pręf. Regij Fisci, dictis utentibus citatis coram pręf. Ill. Magistratu presentatum fuerit aliud decretum S. E. mandans, ut tam per Senatum Excell. quam per ipsum Ill. Magistratum exequerentur, quod per S. E. sub die 25. Februarij 1595. fuerat ordinatum in dicta causa, et in omnibus iuxta dictum decretum, petendo propterea per pręf. Ill. Magistratum ad ulteriora procedi, cum in dicta causa non ageretur de contraventione ordinum, sed de privatione iurium ob defectum legitimorum titulorum, et per Sin-dicos dictorum utentium fuerit oppositum, per dictum Magistratum non posse, nec debere in dicta causa procedi, cum ageretur tantummodo de contraventione ordinum, cum etiam dicatur quis contravenire ordinibus ubi utatur dictis aquis absque legitimo titulo et ut latius ex presen-tatione dicti decreti, et exceptionibus prefatorum utentium, quibus etc.

Cumq; citatis iterum dictis utentibus per pręf. Ill. Magistratum facta

fuerit contra dictos utentes ordinatio tenoris sequentis, videlicet.

1600 Indict. 13. die Sabbati 12. Mensis Februarij in tertijs.

Illustris Magistratus Reg. Duc. Reddit. Extraord. et bonorum patrimonia-lium status Mediolani et delegatus prout infra etc. in causa publica-tionis cridarum contra utentes aquis fluminum regalium, et inter alia fluminis Olone factarum, visis litteris Delegationis per S. T. Ces. Maiest. Caroli Quinti Rom. Imperatoris facte in Iure consultos D. D. Nicolaum Bellonum, Io. Baptistam Albrisium, et Io. Quartum in qui-bus pref. D. D. Delegati fuerunt in Commissario generales ipsarum huius status omnium aquarum, ad hoc ut ipsi cognoscerent, an aliquis haberet ius illis utendi, nec ne, et aliter etiam providendi, prout latius ex eis apparet, datis sub die 2. Martij 1548. et visis proclama-tionibus per pref. D. D. Commissarios circa ipsas aquas, et precipue ipsius fluminis Olone publicat. sub die 6. dicti mensis Martij 154[illegible] quarum delegationis litterarum, et proclamatum, et earum publicatio-nem tenor sequitur videlicet. In actis Officij statutorum Comunis mediolani inter alia scriptum est, ut intra videlicet.

Volendo L'Illustriss. et Eccellentiss. Sig.r il Sig.r Don Ferrando Gonzaga Capitano Generale di Sua Maestà in Italia, e Governatore del Stato di Milano per molte querele, che gli sono venute e per Interesse del Cesareo Fisco et per publica, et privata utilità, mettere ordine sopra le acque publiche quali decorrono per lo stato et Dominio di Milano, ha deputato li Molto Mag. Signori dell'una et l'altra Legge Dottori, Li Signori Nicolò Bellone Cesareo Senatore di M[illegible]

134

et Gio. Batta Albrisio Senatore di Mantova, et Giovanne Duarte delli Signori Maestri delle Cesaree entrate, come per lettere di Sua Eccellenza del tenore subsequente.

Ferdinandus Gonzaga Cesareę Maiestatis Capitaneus Generalis et

L. T. Mag. Spect. et dilecti nobis. Non parvas quotidie querelas nobis, tam fiscales quam Agentes pro hac Mag. Civitate Mediolani, ac quamplures privati exibent, quod per nonnullos, tam navigij magni, quam Marteçane aque usurpantur ex quo et navigatione impedita multum publico Commodo ratione comeatuum ac Vectigalibus preiudicium infertur, et in damnum nonnullorum aque prout conveniret ad inferiora non defluunt cum tamen etiam non nulli potiora iura, quam superiores habeant. Decrevimus itaque publicę utilitati, iuribus fisci, ac privatorum consulere. Propterea vobis quorum integritatem, scientiam et rerum usum iam dudum cognovimus provinciam hanc demandandam decrevimus; presentium itaque tenore mandamus ut vocatis vocandis tam super navigio, ac Marthesane, quam alijs quibuscumque fluminibus, et aquis ad Cesaream Cameram pertinentibus iura fisci, ac aliorum intelligatis discutiatis et nobis cum voto vestro referatis quod et Commodius fieri possit, volumus quod singulorum quorumcumque Navigiorum; fluminum et aquarum iura fiscalia, etiam divisim, ac quorumcumque particularium contra fiscum ius pretendentium, si vobis videbitur, intelligatis et refferatis. Mediolani die

135

2. Martij 1545. sign. Ferrandus Gonzaga. in angulo. vidit Taberna, et in calce. Hieronimus Rezonus, a secr. Mag. I. C. D. Nicolao Bellono, ac Jo. Baptiste Albrisio Senatoris, et Spect. D. Joanni Disarte ex Magistris redditum Status Mediolani, nobis dilectissimi, ac sigillat. solito sigillo sue Excellentie.

Però instando il Cesareo Fisco, et perche tale deputatione venghi a notitia di ciascuno, e che quanto è di mente di S. E. si esequisca Di Commissione dalli Prefetti Signori Deputati. Per tenore della presente si fa publica crida, monitione, e commandamento a qualunque persona de qual Stato, grado, e conditione si voglia, com-mune, collegio, e Universitade, si Ecclesiastica, quanto Secolare, che possida, usi, ò goda, ò pretenda haver ragione per qualsivoglia modo de usare, galdere, e servirsi delle acque del Pò, Ticino, Ad-da, Sesia, Agogna, Tertabio, Astrona, Mora, Lambro, Olona, Ja-nero, Bormida, Orba, Scrivia, Lojo, Navigio grande di Milano, Navigio di Martesana, Navigio di Bereguardo, Ticinello de Binasco, Navigio di Cremona, et de qual si voglia altre acque pu-bliche decorrenti per questo Dominio, et Stato di Milano in picciola, ò grande quantità, et per qualsivoglia pretio, titolo, o nome cosi di eventione, conventione, vendite, privilegij, donatione, com di qualunque altro commodo, et beneficio, qual habbiano, o pre-tendono avere in dette acque, o parte d'esse, debbano nel termi-ne di giorni vinti prossimi à venire doppo la publicatione di que

136

compurere nanti li pref. Signori ellet, nella camera del loro Offitio in Corte Vecchia di Milano, et in scritto dari, Consignare, et produrre in mano delli Subsignati Cancellieri, d'alcuno di Loro ogni Loro richiesta, et pretensione, con Loro privilegij, ra-gioni, et Scritture Autentiche di tutto quello pretendano havere sopra dette acque, ò parte di esse, altrimente passato il detto termine, non saranno più admessi, et se intenderanno essere esclusi de ogni sua ragione, quale havessero, o pretendessero ha-vere in le dette acque come di sopra, et parimenti comparino il primo giorno doppò passato il termine de detti giorni vinti, nanti alli pref. Signori, all'hora di Vespere, a vedere per il Cesarco Fisco predetto, presentare, o representare le dette Lettere de delegazione, et fare ogni ogni requisitione, qual esso Fisco vorrà fare et che vorrà comparere ut supra, compara legitimamente et elega habitacolo in la presente Città di Milano, altrimente il suo habitacolo s'elegarà à detta ultima ora per li pref. Si-gnori Delegati alle Scale del Palazzo del Broletto novo di Milano, al qual si potranno citare durante esse cause, et sino alla espeditione di ogn'una di loro inclusive.

Dichiarando però Li pref. Delegati, che non intendono per questo di derogare, ne far pregiudizio ad alcuna ragione del Cesarco Fisco, tanto per rispetto a quelli, che non sono comparsi, ne hanno prodotto le loro ragioni in termine delle cride publicate il mese passato per loro parte, circa al fiume della Muzza, quanto

per altre cride, ed ordini antichi, o per altra via; anzi che
le ragioni di esso Fisco rimanghino intatte, et illesi. Dat. Medio-
-lani, die Sexta Martij 1548.

Signat. M. Bellono, Io. Baptista Albrigus, Ioannes Duarte etc, et
Supscript.
Io Petrus Vigletius, Hieronimus Somicus, Innocentius Gaudius Cancel-
-larij.

Cridat. super Platea Arenghi, et in Broletto Communis Mediolani
per Petrum de Septimo Tubetta die Sabbati decimo Martij
1548. Sono tubarum premisso.

Cesar Bonus Mediolani Not. et pret. Offitij Statutorum Coad. Subs.
Visis etiam quam pluribus processibus factis in executione dictorum
proclamatum per utentes dictis aquis Olone coram predictis
Commissarij generalibus aquarum, visis quoque nonnullis decretis
ante ipsam delegationem per tunc Duces Mediolani factis ra-
-tione ipsius Fluminis Olone et contra usurpatores eiusdem cum
proclamationibus et maxime illorum dierum Februarij 1381.
et 13. Julij 1445. tenor sequentis vlz.

Reperitur ad officium rationatorie Ducalis Camere Extraord. in libro
negro peloso decretorum in fol. 155. sic infra prescriptum vlz.

Nos. Dux Mediolani, Comes virtutum, Imperialis Vicarius Generalis,
quoniam decet Principes sic sue intentiones pandere, et manifeste
servare, quod omnibus et singulis subditis eorum pateflat, ne
per ignorantiam quis offendat aut limites ipsius transgredia-
tur

ordinatos, quinimo, ut qui obedientię iugo se supponunt, regulam
habeant in eius observantia, meritò capaciores gratiam afficiantur,
et quod contumaces penas luant condignas pro demeritis, ad exem-
-plum cęterorum, ideo presentium tenore statuimus, decernimus,
et mandamus, quod nulla persona cuiuscunque conditionis, et
status existat, audeat, vel presumat extrahere, seu extrahi
facere aqua, seu aquarum de Ticinello, Navigio Magno, Carlona,
Parona, et Olona nobis suppositis neque; de aliquibus rugijs
nostri a Mediolano infra, sub pena florenorum trecentum auri,
si dictam aquam quis extraxerit cum incastro, seu Incastris
de muro, et florenorum ducentum si cum incastro, et plus,
et minus in ere et etiam in persona iuxta arbitrij nostri vo-
-luntatem, conditionem, et qualitatem personarum atque; quan-
-titatem, et etiam qualitatem inspectis. Insuper quod nullus
audeat, seu debeat claudere, aut aliquod aliud ędificium fa-
-cere de aliqua aqua, sine rivo consueto descendere in Ticinellum
vel aliquam aliam aquam, seu alveum ex supradictis per quod
alibi deriventur et in locum consuetum non labantur sub pena
florenorum centum camerę nostrę applican. absque; nostri licentia
speciali, si qui autem iura aliqua pretendunt habere, qui-
-bus huiusmodi inhibitio nostra videatur forsan derogare, in-
-fra dies quindecim a die notificationis predictarum habite,
coram functoribus nostris ostensuri iura, et defensiones suas, qui-
-bus congruas dabimus, seu dari faciemus responsiones: mandantes

D. Potestati nostro Mediolani, quatenus hoc nostrum pręsens Decretum faciat in volumine Statutorum nostrorum, et Com=munis Mediolani, Papię inseri, et describi, inquorum testi-monium pręsentes fieri iussimus, et registrari, nostriq; Sigilli munime roborari. Dat. Mediolani die 23 Feb[r]uarij 1381 quarta indict. Antoniolus.

Dux Mediolani, Papię, Anglerięq; Comes, ac Larię Dominus, ut beneplacitis nostris sicut eam dię repetimus super Navigijs, et aquis nostris inserviamus tum ut Reipublicę, et huic inclitę urbi nostrę consulamus, firmę intentionis nostrę est, quod nemo sit, qui velit et quacumque, possessione fruatur utendi aquę fluminis Sionę deinceps audeat, nec pręsumat hujusmodi aqua aliquo modo uti, sed liberè, et ullo aquę impedimento aliquoq; obstaculo eam per alveum, et lectum suum decurrere permittat, absq; nostri speciali licentia sub pęna privationis, et confisca-tionis omnium bonorum, et possessionum, ad quorum usum, et utilitatem aquę ejusmodi uterentur, et alia pecuniaria per unicuiq; innobedienti in pręmissis imponenda camerę; nostrę applicanda in quam pęnam quemq; innobedientes ipso facto, absque alia declaratione incurisse intelligantur: et ut hęc intentio nostra observetur pariter, et executioni mandetur, volumus, et mandamus vobis quatenus committatis Antonio Aretio Jubetę nostro, quatenus statim se transferrat ad partes dicti Fluminis

140